



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 50. Quibus generatim modis acquirantur Beneficia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42600

"Beneficio vacante. *Reſp.* Si patronatus sit laicus, to
"neri intra 4. menses: Si Ecclesiasticus, intra 6., intr
"quos niſi fiat præsentatio, Beneficium fit liberum,
"ejusque dispositio pro ea vice devolvitur ad eum.
"cujus est instituere præsentatum.

"Quares. III. Quid faciendum, si multi præsen
"tentur. *Reſp.* I. Si patronus, qui anteā præsentavit
"Petrum, præsentet postea Paulum, velitque hunc
"præferri, poterit Prælatus instituere utrum malu
"rit, si patronatus sit laicus; quia tunc præsentatio
"secunda non facit irritam primam, nec contrā. Si
"tamen patronatus sit Ecclesiasticus, prior tempore
"erit potior jure, ex Cap. Cum authenticè, de jure pa
"tronatus. *Reſp.* II. Si ex duobus patronis alter Pe
"trum, alter Joannem præsentet, potest collator con
"ferre utrī maluerit. Imò juxta Sylv. Episcopus tunc
"tertio conferre potest, ed quod patroni non conve
"niant. *Reſp.* III. Si multi patroni inter se sint discor
"des, is instituendus, in quem plures conveniunt;
"Leſſ. d. 8. & Lay. n. 18.

A D D E N D A.

299

Q. 50 Quibus generatim modis acquirantur
"Beneficia. R. Duobus, actu, si acquiratur jus
in re; & potentia, si tantum acquiratur jus ad rem
per hoc autem differunt hi modi, quod vi juris in re
beneficium sit proprium acquirentis, & simul ad ist
potestas illud administrandi, etiam ante possessionem:
Castrap. t. 13. d. 2. p. 1. à n. 1. Jus in beneficio acquiri
tur confirmatione electionis vel postulationis, institu
tione & collatione; jus ad beneficium acquiritur
electione, postulatione, præsentatione, collatione
necdum acceptata, vigore gratiae expectativae, re
fervat optant tam, dicem Q. nomi
tura; feſtio ſ. pe ſu
hoc n
& ſig
alicu
neſci
accep
etiam
uniu
teſtq
nis, F
rum
eſt ex
quen
ve cc
Colla
te co
Leur
jus in
vel p
in ab
ti. L
inth
tio a
facta
eſt fi
aliqu

ſervat

servatione in favorem, consuetudine seu privilegio optandi, regressu vel accessu ob pensionem non solutam, Coadjutoriam cum futura successione, de quibus dicemus in seqq., potestque videri *Leur.* p. 2. q. 3.

Q. 51. Quid sit & quomodo differant provisio, nominatio præsentatio, institutio, collatio, investitura, electio, postulatio, confirmatio, admissio, professio. R.

§. I. Multi ex his terminis confunduntur, & saxe sumitur unus pro altero, in rigore tamen videtur hoc modo loquendum: *provisio* est quid genericum, & significat dispositionem de beneficio in favorem alicujus, hinc qui præsentavit aut contulit alicui beneficium, dicitur illi providisse, & qui beneficium accepit, dicitur provisus de beneficio. *Nominatio* etiam est quid genericum & significat designationem unius vel plurium personarum ad beneficium, potestque fieri vi præsentationis, collationis, electio- nis, privilegii vel facultatis aliquem vocandi ad certum beneficium. Vide *Leur.* p. 2. q. 10. *Præsentatio* est exhibitio personæ beneficiandæ, facta illi, ad quem pertinet instituere. *Institutio* est attributio si- ve concessio beneficij facta ex præsentatione Patroni. *Collatio* est concessio beneficij ex solo jure & libertate conferentis, absque præsentatione Patroni. Vide *Leur.* q. 3. *Investitura* est aliquid, quo significatur jus in beneficio antea acceptum, & facultas intrandi vel petendi possessionem vacantem, sitque ordinariè, in absentia rei, per annulum vel impositionem bireti. Loco investituræ quandoque est installatio aut inthronizatio. Vide *Leur.* q. 9. *Electio* est designatio alicujus personæ capacis ad aliquod beneficium, facta per suffragia; vide *Leur.* à q. 23 r. *Postulatio* est similis designatio facta per suffragia, quâ petitur aliquis, qui per dispensationem tantum capax erat,

Leur.